

octauæ sphaeræ loca stellarũ fixarum ad tempus quodcũq; da-
tum inuenire, dumtaxat explicat quomodo stellarũ fixarũ loca
inueniantur dato tempore quod posterius sit Alfonsi tempore
At in eadem enarratione præcipit, quod aggregato ex medio
augium stellarũq; fixarum motu & æquatione posterioris tem-
poris detrahatur æquatio accessus & recessus octauæ sphaeræ
pro Alfonsi æra, quã quidem detractiõẽ in prima enarratiõẽ
nescio qua incuria penitus obmisit. Pari etiã incuria neglexit
docere, quid faciendũ esset pro dato ante Alfonsi ærã tempore
Siue etiam quando motus accessus & recessus octauæ sphaeræ
maior existeret gra. xc. Sed tanq; de se suaq; scientia & mathe-
matica eruditiõẽ super motu octauæ sphaeræ diffusus ait, ut ei⁹
ibi vtar verbis. Et scias inquit quod iste modus operandi durat
donec veniãt ex. gradus in motu accessus & recessus quia tam
diu crescunt æquationes, sed quia multi anni erunt antequam
xc. gra. veniant. Ideo non curo declarare quid sit faciendũ, sed
videant illi qui tunc temporis vitam ducũt. Et has Ioannis Sax-
onis super Alfonsinis tabulis de motu octauæ sphaeræ enar-
rationes Georgius Peurbachius imitatur in theorica de motu
octauæ sphaeræ iuxta Alfonsi opinionẽ, verum neq; ex eadem
theorica Georgii quisquã satis intelliget, qua ratione pro omni
tempore, tam ante Alfonsum, quã post eum dato, motus stella-
rum fixarum atq; augiũ ex Alfonsinis tabulis calculari rite cõ-
ueniet, Sunt præterea quidam recentiores Alfonsinarũ tabu-
larum interpretes Ioanne de Saxonã longe posteriores qui
aiunt equatiões accessus & recessus ad medios octauæ sphaeræ
motus vicissim & alternatis vicibus quadrantũ parui circuli
in quo caput arietis octauæ sphaeræ circũuoluitur, vel addi vel
subtrahi debere, addi quidem eodem capite arietis existente in
primo quadrante parui circuli hoc est motu accessus & recess⁹
existente minore gra. xc. Deinde per alium quadrantẽ a xc. gra-
dibus vsq; ad semicirculi completionẽ deduci, & a semicircu-
lo vsq; ad completionẽ trium quadrantũ, idest vsq; ad gra. 270.
iterum adici, atq; hinc vsq; ad cõsumationẽ integri circuli seu
graduũ 360. rursus auferri, qui deniq; Alfonsi tabulas de motu